



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

XVIII. Decretum pro auctoritate Prioris S. Mariæ super Minervam in
Pœnitentiarios Basilicæ Liberianæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO
1724.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

113 ANNO
1724.

aliis locis piis dictæ Urbis postea prosecuti fuerint, salutaribusque monitis, & Decretis, ubi opus fuerit providerint; visitatio tamē ipsa in omnibus Ecclesiis, ac locis, & operibus piis praeditis nondum sit peracta, sed multa negotia eam concernentia adhuc pendeant indecisa. Hinc est, quod Nos pastorali studio considerantes quantopere Visitatio hujusmodi utilis, & necessaria sit non modo ad tollendos abusus, sed etiam ad præcavendum ne deinceps introducantur, quantumque boni ex illa haec tenus provenierit, & benedicente Domino proventurum sit, si visitatio ipsa continuetur, & absolvatur, ac in ea, quæ ad Dei cultum, & gloriam, animarumque salutem opportuna, & conducibilia sunt, sicut haec tenus factum est, in posterum quoque pie, prudenterque statuantur; Motu proprio, & ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratam Visitacionem continuari, & absolvvi, causasque indecisas in Congregatione prædicta pendentes, prout æquitas, atque justitia ratio suaserit, terminari, visitationes particularium Ecclesiarum, ac locorum, & operum piorum jam inchoatas, absolvvi, necnon Ecclesiis, & loca, opera pia tam hucusque visitata, quo iteratam visitationem exposcer videbuntur, quam nondum visitata visitari, ceteraque omnia, & singula visitationem hujusmodi concernentia fieri, geri, statui, & ordinari, ac executioni demandari debere tenore presentium decernimus, & mandamus: ac omnes, & singulas facultates, privilegia, gratias, præminentias, prærogativas, & indulta quacumque prædictis Cardinalibus, & Prælatis, eorumque Congregationi, necnon omnibus, & singulis Officiis, & Ministris supradictis a memoratis Innocentio XII., Clemente XI., & Innocentio XIII. Prædecessoribus per suas respective literas defuerit emanatas quovis modo respective concessa, & attributa per obitum eorumdem Prædecessorum minime cessasse, nec cessare, sed in suis robore, & firmitate permanere, omnibusque, & singulis prædictis respective adhuc competere, & suffragari debere decernimus pariter, & declaramus, & quatenus opus sit, facultates, privilegia, gratias, præminentias, prærogativas, & Indulta hujusmodi eisdem Cardinalibus, & Prælatis, eorumque Congregationi, ac Officiis, & Ministris prædictis in omnibus, & per omnia, prout eis respective a supradictis Innocentio XII., Clemente XI., ac Innocentio XIII. Prædecessoribus concessa, & attributa fuerunt, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus denuo concedimus, tribuimus, & impertimus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo, quod quicunque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cuiuscumque gradus, ordinis, præminentiae, & dignitatis existant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non confererint, nec ad ea votati, citati, & auditii, neque cause propter quas præsentes emanarint, adductæ, verificatae, & justificatae fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis iusta, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsiōnis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitiō, seu intentio nis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliōve quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac individuam expressionem requirent defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, seu controversiam revocari, aut adversus il-

las aperitionis oris, restitutions in integrum, aliudve quocumque juris, facti, vel gratia medium impetrare; vel intentare, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessos, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu le juvare posse, sed ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obire, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabilitate observari: siveque, & non aliter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, necnon ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latero Legatos: & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiilibet, quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & iniuste, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac omnibus, & singulis illis, que memoratus Innocentius XII. Prædecessor in suis literis supradictis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam imprecis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

XVIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Concilii de auctoritate Prioris S. Mariae super Minervam in Penitentiarios Basilica Liberianæ.

Vid. hac de re Pii V. Const. ed. 1568. Sept. I. P. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 14. Iulii
1724. Ans. I.

Ad futuram rei memoriam.

Emanauit alias a Congregatione Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Trid. Interpretum in Causa, seu Causis inter tunc existentes ejusdem S. R. E. Cardinalium Majorem Penitentiarium ex una, & Provincialem Provincia Romanæ, & Priorum Conventus S. Mariae super Minervam de Urbe Ordinis Prædicatorum ex altera partibus de, & super facultate constituendi, ac removendi Minorum Penitentiarios Basilica Liberianæ, seu Sanctæ Mariae Majoris Urbis, & Ordinis prædicatorum, eorumque subiectione vertentibus, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Romana Penitentiariorum Minorum Liberianæ Basilica. Prae ceteris curis, quibus Apostolica solicitude premittit ea compertit præcipua quæ circa penitentialem Forum versatur, adeo merito, ut Romani Pontifices, ex oriente Ecclesia, eidem muneri per se ipsos sedulo incumbenter, ac deinde negotiorum mole oppresi, nobiliora Ecclesiastica Hierarchia membra S. R. E. Cardinales addixerit, neque primum ab hujusmodi onere ipsi relevati fuerunt, nisi cum publicis, magnisque occupationibus eos distineri oportuit. Tum quidem probi Sacerdotes Penitentiario officio suffici extiterunt, qui Fidelibus undequaque ad Sacra limina confluentibus

Decretum
prædicti, in
quo refutus
instituto
Penitentiarii
riorum præ-
sertim Fra-
trum Prædi-
catorum pri-
Basilica Libe-
rianæ ex redi-
diribus cu-
judam Ab-
batiz alien-
dorum.

præsto essent sub cura, & Jurisdictione utius ex S. R. E. Cardinalibus Majoris Pœnitentiarii nomine nuncupati; hic sane tamquam Summi Pontificis Vicarius in Foro Fori memoratis Sacerdotibus minoribus Pœnitentiariis præsidere cœpit, eosque eligere, ac in nobilioribus Urbis Basilicis promiscue deputare consuevit, tum ex Regulari cœtu, variisque ex Nationibus, & Linguis. Perseveravit ultimo recentissimus Pœnitentiariæ status, quoque S. Pius V. in meliore partem eum vertere censuit, simulque tribus Religionibus optime meritis gratificari voluit, proindeque sub anno 1568. constituit, quod in Liberiana Basilica PP. Prædicatores eligerentur Minores Pœnitentiarii, in Lateranensi PP. Minores ac in Vaticana ex Societate Iesu assumarentur, quin etiam præ aliis majori beneficentia prosequi volens Religionem S. Dominici sub cuius vexillo vitam ab adolescentia instituerat, non sat habuit, Correligionis suis Jus electionis passivum decernere, quemadmodum binis recentis Religionibus constituit, sed ulterius dispositionem eorum favore exaravit, quod sex tantum Pœnitentiarii Minores Ordinis Prædicatorum in dicta Basilica Liberiana existenter ex unica lingua Itala, & ex Provincia Römana, tributa facultate Provinciali dictæ Provincie sub Priori Conventus Sanctæ Mariae super Minervam eligendi, ac removendi eosdem Minores Pœnitentiarios, ac certos exercendi actus Jurisdictionales in eos privative quoad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium exceptis resipientibus curam Officii Pœnitentiarii, ut latius ex Apostolico Diplomate sub die prima Septembri anno 1568., sed statim vix præterlapsis diebus octo, aliam edidit Constitutionem, in qua sicut Jus eligendi Provinciali Romanæ Provinciæ, sive Priori Conventus Sanctæ Mariae super Minervam attribuit, ita onus ipsos manutendunt tamquam Religiosos ex sua Mensa, Monasterio præfato addixit, ac pro subsidio eidem Monasterio univit Abbatiam S. M. Macularum loci S. Genesii, cum eo tamen, ut ipse Prior de fructibus, redditibus, & proventibus præfatis pensionem annuam 300. scutorum auri in auro eisdem sex Pœnitentiariis, & duobus conversis annis singulis duobus terminis æqualiter in perpetuum persolvere teneatur &c. Si quid vero dicta summa 300. scutorum persoluta reliquum erit, illud omne in communes dictæ Domus usus convertatur.

§. 1. At verò s. m. Sixto V. placuit iterum statutum Pœnitentiaria Liberiana innovare; Quandoquidem sedulo idem Pontifex animo volvens, quod inter ipsius Basilica Canonicus, neque Theologalis Præbenda, neque Pœnitentiaria erecta comperiebatur juxta Sacri Concilii Tridentini Sanctiones, sed ex veteri Instituto sex Minores Pœnitentiarii Fidelibus expandis operam dabant, proindeque congruum omnino reputans, quod ex Mensa Capitularis fructibus, alimenta ipsi suppeditarentur, hinc memoratus Pontifex inquit - Motu proprio Canonizatum, ac Præbendam tunc vacantes supprimimus, & extinguimus, eorumque sic suppressorum fructus, & proventus, ac etiam distributiones quotidianas, emolumenta certa, & incerta, ordinaria, & extraordinaria, & qua Anuveraria Mortuorum, ac Anni Sancti seu Jubilei, ac quovis modo appellantur, & solis præsentibus, & Divinis Officiis, & horis Canonicas diurnis, & nocturnis personaliter interessentibus dari solita &c. Eadem Collegio, & Pœnitentiariis hujusmodi per eos, ac pro tempore existens Pœnitentiarios Basilica Sanctæ Mariae Majoris prædictas integre pariformiter, & æque principaliter, ac sine ulla diminutione, & differentiatione, acsi Canonicus pro tempore existens atq[ue] semper interesset, & quoad primam partem ac

si suppressio ipsa facta non fuisset, ita tamen, quod ipsi Pœnitentiarii Stalum in Choro, aut vocem, locumve in Capitulo non habeant, perpetuo applicamus, & assignamus &c.; ubi Collegium Pœnitentiariorum nuncupatur. Haec tamen innovatione intactum PP. Prædicatoribus Jus electionis passivum procul dubio remansit: Verum Cardinalis Major Pœnitentiarius, ut prætendit, reassumere, ac usque adhuc continuare cœpit jus actuum eligendi ex tota dicta Religione Minores Pœnitentiarios, tum vigore native ejus facultatis, cum evidenter ex speciali Jure ipsi nuncupato in Brevi, quod expeditum fuit a fa. me. Urbano VIII. favore Cardinalis Sancti Honuphri Majoris Pœnitentiarii sub hac verborum periodo, Minores Pœnitentiarios, & alios quoscumque Officiales ejusdem Officii Pœnitentiariæ arbitrio tuo deputare, vel confirmare, seu a dicto Superiori Episcopo, & Cardinali Majori Pœnitentiario, dum vixit, vel etiam a fel. re. Clemente VIII. Paulo V., & Gregorio XV. ad eorum beneplacitum, & alio quovis modo deputatos removere, & alios sibi beneficatos in illorum locum substituere, & alia, quæcumque necessaria, & opportuna facere, licite possis, & valeas, non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis-Quæ facultates Majoribus Pœnitentiarii Successoribus cum expressa subrogatione ad haec usque tempora renovata fuerunt. Verum enimvero PP. Prædicatores sibi ipsis persuadentes integrum, intactamque remansisse formam Brevis S. Pii V. inde a tempore, quo Apostolicum Clavum gerebat fa. me. Innocentius X. contendere ceperunt, ad Provinciale Romanæ Provinciæ, sive Priorem Conventus S. Mariae super Minervam Jus eligendi Minores Pœnitentiarios pertinere; At vero plurimum Testium usque ab Anno 1646. depositionibus formeriter receiptis circa quasi possessionem Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, discussaque controversia in Congregatione particulari trium S. R. E. Cardinalium ad enixa preces jam dd. Patrum deputata, nihil prorsus obtinuerunt, nec minus voti compotes effici potuerunt temporibus fa. me. Alex. VII. His tamen non obstantibus iidem Patres iterum autemantes Jus eligendi Minores Pœnitentiarios ad Regulares Superiores præmemoratos spectare, quodque plures ipsi exercuerint Jurisdictionis actus in Collegium hujusmodi Pœnitentiariorum, recursus suppliciter habuerunt ad SS. D. N., qui partibus minime refragantibus, benigniter causam remisit ad EE. PP. confessum, a quorum iussu subscriptis infra exponentis Dubiis superest in præsenti, quod solita sapientia, & prudenter decernere ipsi dignetur.

I. An Pœnitentiarii Minores Ordinis Prædicatorum in Basilica S. Mariæ Majoris constitui debeant per Provinciale Provinciae Romanæ Ordinis prædicti Prædicatorum, seu Priorem S. Mariae super Minervam de Urbe ad formam motus proprii S. Pii V., sive potius Constitutio spectet ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium in casu &c.

II. An prædictorum Pœnitentiariorum Minorum remotio spectet ad Patrem Provinciale, seu Priorem S. Mariae super Minervam Ordinis prædicti ad formam Motus proprii prædicti Sancti Pii V., vel potius ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium, in casu &c.

III. An prædicti Pœnitentiarii Minores subjacent Cura, Jurisdictioni, potestati, Visitationi, & correctioni prædicti Provincialis, seu Prioris ad formam Motus proprii prædicti Sancti Pii V., vel potius Cardinalis Majoris Pœnitentiarii in casu &c.

§. 2. Die 15. Decembris 1714. Sacra Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad Primum respondit affirmative quoad primam partem, & negative quoad

Et in ipsis
concessa fuit
jurisdictionis
Majori Pœnitentiarii,

Dubia de
Pœnitentiariorum depu-
tatione, am-
putatione, & sub-
scriptione.

Resolutio in
favorem
Prioris S.
Mariae super
Minervam.

ANNO
1724.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

115 ANNO
1724.

quoad secundam , servata forma Constitutionum Clementis VIII., & Innocentii XII. Ad Secundum pariter affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam , servata forma dictarum Constitutionum Clémentis , & Innocentii. Ad tertium affirmative quoad primam partem quoad ea , qua concernunt observantiam Regularem tantum - Prosper de Lambertinis Secretarius.

Confirmatio relati Decreti cum extinctione litis.

S. 3. Nunc autem Nos controversis hujusmodi finem imponere cupientes , Motu proprio ac ex certa scientia , & matura deliberatione nostris , deque Apostolica potestatis plenitudine , Decreta praeinferred , ac omnia , & singula in eis contenta , tenore praesentium approbamus , & confirmamus , illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus. Præterea lites , & controversias qualcumque super præmissis quovis modo exortas , & adhuc forsitan pendentes (illarum statum , & merita , nominaque , & cognomina , ac qualitates Judicum , & Collitigantium , & alia etiam specificam , & individuam mentionem , & expressionem requirentia præsentibus pro plene , & sufficienter expressis habentes) in statu , & terminis , in quibus de præsenti reperiuntur a quibuscumque Judicibus & Tribunalibus ad Nos motu , scientia , & potestatis plenitudine paribus , harum serie avocamus , illaque perpetuo supprimimus , & extinguimus , ac perpetuum desuper silentium utriusque parti imponimus.

Clausula.

S. 4. Decernentes easdem præsentes literas de subreptionis , vel obreptionis , aut nullarum vito , seu intentionis nostra , aut interesse habentium consensus , aliove quolibet etiam quantumvis magno , & substanciali defectu notari , impugnari , infringi , retractari , in controversiam vocari , aut ad terminos , Juris reduci , seu adversus illas quodcumque Juris , facti , vel gratia remedium impetrari , seu intentari nullo modo umquam posse , sed ipsas præsentes literas semper firmas , validas , & efficaces existere , & forte , suosque plenarios , & integrorum effectus sortiri , & obtinere , ac illis , ad quos spectat , & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus , & per omnia plenissime suffragari , & ab eis respetive inviolabiliter observari ; Sicque , & non aliter in præmissis per quoquaque Judices Ordinarios , & delegatos , etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores , ac S. R. E. prædictæ Cardinales , ceterosque quoslibet quacumque auctoritate , & potestate fungentes , & functuros , sublata eis , & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi , & interpretandi facultate , & auctoritate , judicari , & definiti debere , ac irritum , & inane si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari.

S. 5. Non obstantibus quacumque litis pendentia , ac Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis necnon Ordinis , Provinciae , & Conventus præfatorum , ac etiam Officii Pœnitentiariae , & Collegii Pœnitentiariorium Minorum hujusmodi , aliove quibusvis , etiam Juramento , Confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis Statutis , & Consuetudinibus ; privilegiis quoque , Indultis , & literis Apostolicis , illis , eorumque personis , atque Majori Pœnitentiario prædicto sub quibuscumque verborum tenoribus , & formis , ac cum quibusvis etiam derogatoriis , aliisque efficacioribus , efficacissimis , & insolitis Clausulis , & Decretis , in contrarium præmissorum quomodolibet concessis , confirmatis , & innovatis. Quibus omnibus , & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione , de illis , eorumque totis tenoribus specialis , specifica , & expressa , & individua , ac de verbo ad verbum , non autem per clausulas generales idem importantes mentio , seu quavis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret , tenores hujusmodi

ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso ; & forma in illis tradita observata exprimerentur , & insererentur , iisdem præsentibus pro plene , & sufficienter expressis , ac ad verbum insertis habentes , illis alias in suo labore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter , & expresse derogamus , ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub anulo Piscatoris die XV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus Nostræ Anno Primo.

Confirmatur Decretum Congregationis super disciplina regulari super reformatione in duabus Conventibus Provinciae S. Alberti in Regno Siciliae Ordinis B. M. de Monte Carmelo.

Hat de re vide etiam hujus Const. ed. 1727. Décembr. 15. P. 4. Clem. vero XI. Conf. ed. 1711. Nov. 10. P. 11. reducuntur studia , & gradus in Ord. Carmelitarum ad formam quorundam decretorum Capituli Generalis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 27. Iulii
1724. An. 1.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio
facti.

Arias pro parte dilecti filii Clementis Caglianoni Prioris Provincialis Provinciae S. Alberti in Regno Siciliae Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium , & dilectorum filiorum Romanæ Curiae Prælatorum super disciplina regulari specialiter deputatae exposito , quod ipse una cum Definitorio ejusdem Provinciae perfectam regularem observantiam , & reformationem in duabus Provinciae hujusmodi Conventibus introducere , necnon communem vitam observare intendebat , & ad hunc effectum dilectus pariter filius Abbas Andreas Statella Marchio loci de Spacaforno pro eo , quem erga dictum Ordinem gerit devotionis affectu redditus eorumdem Conventuum pro manutentione duodecim Religiosis augere paratus erat , ideoque pro parte prædicti Clementis Prioris Provincialis eidem Congregationi supplicato , ut quatuor sequentes conditions pro dicta reformationis firmitate admittere vellet . I. Quod unus quidem ex duabus prædictis Conventibus pro Noviciatu , alter vero pro Professorio , & studio assignari . II. Ut prædicti duo Conventus nunc , & pro tempore existenti Priori Generali Ordinis hujusmodi , donec , & quoque una Vicaria pro memorata reformationis propagatione erigeretur , immediate subjici . III. Quod Priores prædictorum Conventuum a Religiosis in illis de familia commorantibus , usque dum supradicta Vicaria erecta minime fuisse , eligi . IV. Quod ab ejusmodi Provinciae quolibet triennio Religiosis reformatis usque ad totalem illius reformationem unius Conventus assignari respetive deberent , conditions vero a supradicta Congregatione Cardinalium requisita ; quod dotatio prædictorum Conventuum a d. Andrea jam facta , & consensus a Priori Provinciali , & Definitorio prædictis fuerit , Conventu Syracusan. pro Noviciatu , & alio de Spacaforno pro Professorio , & Studio assignatis cum redditibus sufficientibus pro duodecim religiosorum substantiatione , fabricisque necessariis pro Noviciatu , & Professorio , & Studio juxta Decreta a fel. rec. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro edita , adimpleretur fuerint , & demum reperiantur viginti Religiosi , qui reformationem hujusmodi amplecti desiderant , inter quos tres actuales Definitores , quinque in Sacra Theolo-

Conditio-
nes a Provin-
cia requi-
sita pro dicta re-
formationis
firmitate.